



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Theologia Moralis

Reiffenstuel, Anaklet

Monachii, 1699

Lectori Benevolo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40206



LECTORI BENEVOLO.

Qua par est reverentia & humilitate tuis, Lector Benevole, non tam faventibus, quam frequentibus oculis aspiciendum, revidendumque, se offendit istud Theologiae Moralis, brevi, simulque clara methodo comprehensione Opusculum. Eius intentio, finisque est, & tuam, & proximorum promovere salutem: addat Divina Bonitas desideratum Votis successum. Quoniam vero in librorum delectu nihil gratius accidere solet, quam si concurrent simul succincta brevitas, scriptorum claritas, rerumque atque doctrinarum universitas, & ad omnem usum expedita utilitas: hec eadem praesens Opusculum persingula exhibere studuit, tibiq; favere, atque, utinam! & satisfacere. Ceterum, ut intentum suum affqueretur felicius, se legit Authores probatissimos, Sententias probabiliores, magisq; fundatas (n non tamens silendo probabiles) Conclusionesque aut solidis rationibus, aut ipsis SS. Canonum Authoritatibus (quibus & Theologia Moralis, & recta vivendi ratio se offendit iubente submittere, atque obsequi tenentur) fortiter stabilivit. Adduntur Decreta Summorum Pontificum novissima, & ubi cauenda in docendo scandalositas, aut timenda in practicando temeritas, Propositiones damnatae propriis loci fideliter inseruntur. Marginalia a latere apponuntur brevia, in quibus

bus -veluti illiadem in uice , totam materiarum seriem , scopumque conspicere valeas . Ut autem minor cum labore singula reperire liceat , hinc Elenchus Tractatum , Distinctionum , & Questionum , illinc index materiarum Alphabeticus inser -viet locupletissimus . Numerositatem Objectionum adhibere disuasit ipsamet Theologia Moralis methodus passim recepta , brevitatisque in fronte promissa ; nonnullae tamen maioris claritatis gratia nonnunquam apponuntur : alias , si forsan alii cubi desideres , eluere , supplereq; poterunt vel rationes adductæ , vel SS. Canones , Legesque allegatae . Tuum penes hac , Lector Bene -vole , sit iudicium : nam omnia , quæcunque sequuntur , meliori sint submissa iudicio , atque in primis humiliè subiecta Censura Sanctæ Romanae Ecclesie , utpote quæ , disponente Domino , cunctorum Fidelium Mater est & Magistra , c. Damnamus . De Summa Trinitate , & Fide Catholica .



APPRO-